Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ultimum. Secundum se dicta quidem igitur
perfecta totiens dicuntur. Alia quidem quia secundum
bene in nullo deficiunt neque superabundantiam
habent nec extra aliquid extra accipitur;
alia vero omnino secundum quod non habent superabundantiam in u-
noquoque genere nec aliquid est extra;
alia vero iam secundum ipsa aut in faciendo
aliquid tale aut habendo aut contingendo
tali aut in aliter qualiter dicta ad prime
dicta perfecta.

Terminus dicitur quod est cuiuslibet ultimum
et cuius extra uel est accipe-
re primum et cuius infra omnia prima.
Et quecumque fuerit species magnitudinis aut haben-
tis magnitudinem et finis cuiuslibet;
tale vero ad quod motus et actio et
non a quo. Et qui ambo et a
quo et in quod. Et cuius causa. Et sub-
stantia cuiuslibet et quod quid erat esse
cuiuslibet. Cognitionis enim hic terminus. Si
et cognitionis et rei. Quare pa-
lam quia totiens principium dici-
tur et adhuc amplius principium termi-
nus: terminus quidam est, sed ter-
minus principium non omnis.

Secundum quod quidem dicitur mul-
tipliciter. Uno quidem modo species
et substantia cuiuslibet rei, ut secundum quod bonus;
alio vero in quo principio aptum
natum est fieri, ut color in super-
ficie. Primo quidem igitur dic-
tum secundum quod species est, secundo autem
materia cuiuslibet et subiectum uniuscuiusque
primum. Omnino non ipsum secundum
totiens et causa existet. Nam
secundum quid evenit aut cuius causa e-
venit dicitur, et secundum quid paralogizanti-
est aut sillogizantium est aut quod
cuius causa sillogismi aut paralogismi.
Amplius quidem quod secundum positionem dicitur
secundum quod stetit aut secundum quod vadit. Hec
namque omnia positionem significant
et locum. Quare et secundum se multi-
pliciter est necesse. Uno quidem enim secundum se quod

quid erat esse uniuscuiusque, ut Callias
et quod quid erat esse Calliam. Alia
vero quecumque in eo quod quid est existunt,
ut animal Callias secundum se: nam in ratione
inest animal; animal enim quoddam Callias.
Amplius autem si in ipso ostensum est pri-
mo aut in ipsius aliquo, ut su-
perficies alba secundum se, et vivens secundum se
homo: anima namque pars quedam est
hominis in qua primo est ipsum
vivere. Amplius cuius non aliqua
alia causa est: hominis enim multe
sunt cause, animal, bipes; attamen secundum
se homo est. Amplius quecumque soli
insunt et inquantum soli separata secundum se.

Dispositio dicitur habentis partes or-
do aut secundum locum aut secundum po-
tentiam aut secundum speciem. Positionem enim quamdam
esse, sicut et ipsum hoc nomen o-
stendit dispositio.

Habitus vero dicitur uno quidem
modo tamquam actio quedam
habentis et habiti, ut actus qui-
dam aut motus. Nam cum hoc
facit, illud vero fit, est factio in-
termedia; sic et habentis vestem et
habite vestis est intermedius habitus.
Hanc quidem igitur manifestum quia non
contingit habere habitum. Infinitum
enim vadet si habiti fuerit habere habi-
tum. Alio vero modo habitus dis-
positio dicitur secundum quam bene vel ma-
le disponitur dispositum, et aut
secundum se aut ad aliud, ut sanitas habi-
tus quedam; dispositio namque talis.
Amplius habitus dicitur si est pars dispositionis
talis. Quapropter et partium est vir-
tus habitus quidam.

Passio dicitur uno quidem modo
qualitas secundum quam alterari contingit,
ut album et nigrum, dulce et a-
marum, gravitas et levitas
et quecumque alia talia. Alia vero ha-
rum actiones et alterationes